






pag. 652; VI.



Handwritten text: *II. 23d. 1000*

Q. D. B. V.

DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA
DE

CHLOROSI,

Quam

PERMISSU & AUCTORITATE GRATOISSIMÆ
FACULTATIS MEDICÆ
IN PER-ILLUSTRI & PER-ANTIQUA HIERANA
P R Æ S I D E

VIRO CL.

DN. ECCARDO
LEICHNERO,

Med. Doct. & Prof. Publ. Primario, Academiæ
Seniore, Physico Elect. Ordinario, & p. r.
Facult. suæ DECANO,

DN. PATRONO, & PROMOTORE suo atatem devenerando,

PRO LICENTIA

INSIGNIA & PRIVILEGIA DOCTORALIA MEDICA
RITE OBTINENDI,

Publicæ Eruditorum disquisitioni submittit

TOBIAS ~~Alt~~ermann /

Torgaviens. Mith.

Die 25. Julij St. V. Anno M. DC. LXXVIII

IN AUDITORIO COELICO horis confectis

ERFORDIÆ, Typis JOH. HENRICI GROSCHL.

INCLTTO TORGAVIENSIIUM SENATUI
VIRIS,
NOBILISSIMIS, CONSULTISSIMIS, AMPLIS-
SIMIS, PRUDENTISSIMIS,
SPECTATISSIMIS
DOMINIS
CONSULIBUS
SYNDICO,
PRÆTORIBUS
TOTIQUE ORDINI SENATORIO

*Dominis MOECENATIBUS, PATRONIS ac FAUTORIBUS
omni honoris observantiâq; cultu atatem colendis*

DISSERTATIONEM hanc INAUGURALEM

D, D, D.

TOBIAS Alttermann / Auct. & Respond.



PROOEMIUM.

Miserandum est, sequiorem sexum, tot
 alios inter morbos, uteri & Mensium
 ratione sibi peculiares, haud rarò eum
 quoque pati, quo omnem penè amittit
 gratiam gratum facientem; corporis nempè, qua in-
 primis pollet, elegantem venustatem, & foedo con-
 spurcatur colore. Scilicet uti aliàs optima quæque,
 ubi degenerant, in pessima abeunt, ciborumque ma-
 ximè salubrium nocentissima esse solet corruptio, ita
 hic quoque contingit: dum pulchritudine floridà ante
 & roseo rubore, cum intermixta nivea suavitate, suf-
 fusa facies pallida, subviridis & flavescent redditur, o-
 mneque corpus Cachecticam induit faciem, adeò qui-
 dem, ut pulchritudine præ alijs eminentes foemellæ ad
 hanc ipsam deformitatem procliviores sint. Ut de
 ijs nihil nunc dicam, qui foedum hunc colorem non

A 2

pro

pro deformi, sed convenienter pulchro habent, & a
mantibus digno, *juxta Poëta illud:*

Omnis amans pallet, color hic est aptus amanti:

colorem contra rubicundum rusticum esse putant:
quarum aliquæ haud verentur assumtis insalubribus
cibis chylum & sanguinem depravare atq; hinc H P-
POCRATI vocatam CHLOROSIN sibi conciliare;
absurdè profecto. Utut sit, vel hinc utiqve claret
non merè cutaneum esse hoc malum, sed penito in
recessu diversos implicare morbos. Qua etiam de
causa, minimeqve solum ex digna erga indignè sic æ-
grotantes compassione, visum mihi fuit, Permissu
& Auctoritate Gratosissimi MEDICORUM in flo-
rentissimâ hâc Academiâ COLLEGII, id ipsum ma-
lum cum primis dignum existimare, quod INAUGURALIS
hujus DISSERTATIONIS meæ argu-
mentum constituat; consuetâ quidem methodo, sed
succinctis thesibus, haud verò operosiore operâ, pro
tempore explicandum. Sospiter Medicorum Medi-
cus, Universæ Naturæ Conditor, qualescunque hos
conatus meos, inqve Nominis sui Gloriam,
proximiqve salutem dirigat.

CAPUT I.

§ 5 § 6

§ 1 § 2 § 3 § 4 § 5 § 6 § 7 § 8 § 9 § 10 § 11 § 12 § 13 § 14 § 15 § 16 § 17 § 18 § 19 § 20 § 21 § 22 § 23 § 24 § 25 § 26 § 27 § 28 § 29 § 30 § 31 § 32 § 33 § 34 § 35 § 36 § 37 § 38 § 39 § 40 § 41 § 42 § 43 § 44 § 45 § 46 § 47 § 48 § 49 § 50 § 51 § 52 § 53 § 54 § 55 § 56 § 57 § 58 § 59 § 60 § 61 § 62 § 63 § 64 § 65 § 66 § 67 § 68 § 69 § 70 § 71 § 72 § 73 § 74 § 75 § 76 § 77 § 78 § 79 § 80 § 81 § 82 § 83 § 84 § 85 § 86 § 87 § 88 § 89 § 90 § 91 § 92 § 93 § 94 § 95 § 96 § 97 § 98 § 99 § 100

CAPUT I.

*Propositi Morbi ONOMATOLOGIAM, DEFINITIONEM
SUBJECTUM, CAUSAS SIGNA DIAGN. &
PROGNOSTICA accurans.*

§. I.

X *Λάρωσις*, utà definiendo nomine initium faciam, dicitur, à *χλός* seu *χλῆς*, à pallore vel etiam virore, item à *χλωρῖζω* i. e. *viridis sum*; appellatione desumpta ab eò, quod maximè in oculos incurrit, praternaturali scil. colore.

§. II.

Cæteroqvi communiter affectus hic vocatur *Febris Alba Virginea*, & juxta superius adscriptum versiculum, *Amatoria*: eò quod Virginibus imprimis sit familiaris, utcunq; juniorib⁹ quoq; viduis & sterilibus maritatis, unà cum fluore ferè albo, accidat: quemadmodum & mihi sub praxeos meæ initium observare contigit: dum fœmina per quinquennium Mensium suppressione laborans, curationi meæ sese commisit. Cum enim venam saphænam Chirurgus jussu meo in utroqve pede secaret, promanabat sanguis pituitosoviscidus, qui manibus in longitudinem extendi poterat.

§. III.

Cæterum vel ex appellationibus illis apparet, utcunque τὸ *Chlorosis* cum primis notet *mutatæ qualitatis* sympto-

ma, re ipsa tamèn , ceu superius prædixi, affectum hunc non esse simplicem, sed è pluribus oppidò diversis complicatum: utpote in quo, ceu res ipsa loquitur, tota penè corporis œconomia interversa jacet , eque læsa chylosi & hæmatosi spiritus ipsi contaminantur ; hinc subincidit *Pica*, *Malacia*, *Nausea*, *Vomitus*, & *deficiens*, vel depravatus, h.e. rerum absurdarum, *Appetitus*: conjungitur ut plurimum *respiratio læsa*, *Cordis palpitatio*, *Melancholia*, *Febris lenta*, *Capitis dolor*, *pedum inflatio*, *tumor*, *motus animalis lesio*. Utunque autem non semper hæc omnia sic appareant, liquet tamen universim de *Cachexia* insignique *dyscrasia* & vitiosa constitutione viscerum æque atque humorum.

§. IV.

Undè *CHLOROSIS* reali & rotundà definitione, omninò est *insignis Cachexia viscerumq; & sanguinis Dyscrasia*, cum conspicua non faciei solùm, sed totius etiam corporis discoloratione, aliisq; symptomatis ; à Mensium suppressione vel humoris etiam genitalis corruptione provenire solet.

§. V.

Genus est *Cachexia*: quoniam corporis habitus omninò est immutatus, subtumidus, mollis, nec alia desunt symptomata *Cachexiæ* propria: color est plumbeus, pallidus, subviridis, adest tumor pedum palpebrarum & totius faciei œdemalofus. &c.

§. VI.

Ipsò autem *Cachexias* nomine subinnuitur *intemperies & dyscrasia* veluti *frigida*: dum calidum nativum totius ab humoribus crudis, viscidis & corruptis opprimitur ac suffo-

suffocatur quasi, licet subindè per putredinale corrupti sanguinis fermentum febrilis quidam æstus accrescat: adest obstructio Venarum cum *Uteri tum Hepatis & Lienis, itemque Mesenterij.*

§. VII.

Quicquid autem sit de aliis causis antegressis & disponentibus, certum tamen est, quod Mensium suppressio, uti & genitalis humoris corruptio, primas hic teneat.

§. VIII.

SUBJECTUM est sexus foemineus, per modò dicta, imprimis quoad *Uterum*, cujus capropter fabrica atque vasa, unà cum partibus connexis, utpote vasis præparantibus, & deferentibus, quò etiam testes cum tubis spectant, ex Anatomicis hic in numero sint oportet.

§. IX.

Imprimis autem hujus quodammodo loci est quæstio (1.) *an quid*, & (2.) *quidnam* seminalis symboli foemineus sexus ad generationis actum conferat? cujus pars prior haud quaquam videtur in dubium vocari posse, præsertim, postquam ejus affirmatio à *Galenicis* ipsis adversum *Aristotelicos* jam olim satis superque fuit evicta: ad *posteriores* verò omninò respondendum est, quod, quia penita prolifici feminis ratio in *spiritu* ejus *plastico*, quem & *architectonicum* aliqui cognominant, consistit, ab hujus sociali collatione sequior hic sexus excludi neutiquam possit: cum alioqui mater reverà & primariò sensu, non esset *genetrix*, sive causa *congenerans*, sed se haberet instar propemodum meræ nutritricis & gallinæ foecundum ovum incubando foventis: neque

que secus & nisi præstò esset genitalis humor atque spiritus, tot à Veneris frustrato appetitu symptomata orirentur, in quibus est *Suffocatio Hysterica*, *Furor Uterinus*, ipsaque *Chlorisis*.

§. X.

Obiter juxta adverte, quod utcunque *Generationis actus* atque *opus quoad penetralia* sua usquequaque prope- modum nostræ mentis aciem fugiat; à verà tamen viâ pal- lām & graviter aberrant, quibus Uterus merum est nascentis foetus receptaculum (uti Sylvij ad placitum Ventriculus fermentescentis cibi) quique solo vivi foetus partu vivipera ab oviperis differre censent, ad hæc menstruum sanguinem per se existimant excrementitium esse, non autem foetus for- mandi & in Utero accrescentis materiam *ex qua*; negant item foetum, primis præsertim Mensibus, spiritum Matris vi- tali ad vitam frui; uti & qui loco sanguinis chylosum liqvo- rem obtrudunt, quò foetus incipiens nutriatur, non verò agnoscunt affluentem maternum sanguinem insita Uteri, posteaque Hepatis Uterini, facultate mutari in humorem quasi seminalem, qui nascenti & alendo foetui supra- quam (non, uti chylus, infra quam) sanguis aptus natus sit. Sed hæc pro uberius declarando *Subjecto*, una cum jamjam subsequente *æthiologia*, obiter, uti dixi.

§. XI.

Causa porrò proxima & Immediata affectus hujus est suc- ci nutrititij & Massæ sanguineæ dyscrasia, quæ in hoc consi- stit, quod pituitosus, viscidus & insigniter corruptus sanguis ad corporis feratur partes. Et licet multi Auctorum im- medi-

mediate hunc Affectum ab obstructionibus infimi Ventr̃is, præsertim venarum Uter̃o adjacentium derivent, solis tamen obstructionibus *χλωρωσι* originem debere suam credibile non est. Nam si rem accuratius pensitamus, omnino dicendum est, massam chylosam tunc temporis esse effectam propter liquamen acido-viscidum, quod in Ventriculo contrahit, & propter fermenti vitalis defectum: unde particulis crudis, fœculentis & corruptis inquinata, in cystidem chylosam seu *receptaculum* chyli per *vasa lactea* defertur, ex quò ipsa quoque *hematosis* amplius pòst vitiatur & pervertitur: neque tamen solummodo vi regulæ; *qualis chylus, talis sanguis*; sed & quia viscera sangvificationi destinata, ob superius dictam nativi calidi suffocationem, per se etiam dyscrasie subsunt.

§. XII.

Accedit quod, ubi chylosa massa è Ventriculò egrediente in intestino duodeno bilis & succus pancreaticus, [qui humores aliàs hanc ad actionem maximè sunt necessarij, quod ex Physiologia notum] non invicem commiscentur, nulla fit bonarum particularum à crudis & terrestribus segregatio, relinqvuntur omnibus in partibus cruditates, quæ deinceps non tantum non nutriunt, sed in debilibus quoque, stagnant: undè in pulmonibus coacervatæ respirationem efficiunt difficilem; in Uteri glandulis excitant obstructiones & sic in alijs partibus.

§. XIII.

Estq; juxta hic animadvertendum, quod in Chlorosi à humoris genitalis sive feminis corruptione & frustrato Ve-

B

neris

neris appetitu initium capiente Mensium suppressio quati-
doque subsequatur demum; à causis videlicet naturæ vires
prædictum in modum suffocantibus, undè sangvis subori-
tur heterogeneus, crassus & pituitosus. Pariterque anno-
tandum, quod hunc morbum sæpè etiam præcedat Mensium
fluxus inordinatus & decoloratus, itemque fluor albus.

§. XIV.

CAUSÆ REMOTÆ EXTERNÆ & PROCATAR-
CTICÆ, à quibus proximior omnis oritur, fovetur vel
augetur, sunt imprimis RES NON-NATURALES IMMORATÆ;
utpotè nimia in Aëre frigidiori & humido, præsertim Mensi-
um tempore, commoratio. Cibi frigidi copiosius & cre-
brius assumti, præsertim *διονειαί*, & crassum viscidumque
succum præbentes, eoque cruditates pariunt & sang-
vinem minus reddunt fluxilem: ceu sunt *viscera & pedes
animalium, carnes fumo indurate & muriâ condita; pisces
marini exsiccati, infumati vel pariter muriâ conditi. Ori-
za cum lacte cocta, itemq; milium, panicum, caseus recens;
imò omnis, cydonia, mesphila, pyra, fructus ribes, pruna sylve-
stria, cucumeres, melones &c.* Hæc enim esculenta ubi Ven-
triculus debilis est cruditates hoc modo relinqvendo impe-
diunt ipsius fermentationem atque digestionem, & talem
omninò chylum pariunt, qui opplet & obstipat vasa Uteri-
na. Hinc qualis cibus, talis elicitor chylus, qualis chylus,
talis sangvis, talis item corporis habitus. Sic creberrimè
post esum *panis calidi* suppressionem Mensiū & hinc *chloro-
sin* inductam fuisse novimus. Communiter etiam potum fri-
gidum

gidum inter saltandum obstructions Uterinas efficere
ajunt: id quod omninò verum esse puto; quamvis negan-
dum non sit, Massam sangvineam prius scatere acido-visci-
dis aliisque pravis humoribus.

§. XV.

Præmissam sic æthiologiam sequitur DIAGNOSIS, quo-
ad internam corporis ægri constitutionem quàm maxime
necessaria: *ἡ ἀεὶ γὰρ γνῆς, ἀεὶ καὶ διαγνώσκειται*: quo quis melior
in cognitione, eò etiam felicior in Curatione. Quoad in-
ternam dico constitutionem: nam præcisè dicta *Chloro-*
sis ipsa per se in sensum incurrit oculosque ferit; utpote
[1.] *color faciei* totiusque corporis pallidus, subviridis, fla-
vus, interdumque plumbeus; è prædictis vitiosis humori-
bus proveniens: quia qualis sanguis adque exteriores par-
tes transmissus humor, talis color. [2.] *Mollities & intume-*
scencia palpebrarum, pedum, manuum, immò & totius cor-
poris laxitas. Succedunt his & corporis Cacochymiam
illam amplius produnt [1.] actiones læsæ, utpote [1.] *Diffi-*
cultas respirandi, præcipuè si loca acclivia conscendunt, ob-
rationem. §. XII. allatam. [2.] *Palpitatio Cordis*, interdum
etiam anxietas præcordiorum: propter vapores acres ex
Ventriculo & partibus inferioribus adscendentes. [3.] *Pulsus*
celer & frequens; propter sanguinem stagnantem & p. n.
ebullitiones excitantem. [4.] *Summum ciborum* melioris
notæ *fastidium*, eque diverso sequiorum, sive rerum absur-
darum, appedentia. [5.] *Nausea & Vomitiones*. Quibus
omnibus accedunt insuper causæ cum aliæ, tum proximi-

ores, uti Suppressio Menſium & fortean quoque *Amor* immoderatus, cum inani Veneris cupiditate.

§. XVI.

Quod prognosin concernit, scitū maximè necessarium est, an præstò sit *æq̃* seu *principium*, an *æq̃*, seu vigor & *status*? nam si in principio adhuc morbus est, facile, si verò altas egit radices [est enim per se satis chronicus & diutinus affect'] difficulter curatur, & sæpiſſimè inducit *Hydropē* quoad partes inferiores & *Marasmm* quoad superiores Atq; nisi maturè malo huic occurramus, eò, laborantes haud rarò reddi steriles; aut, ubi concipiunt, abortiri facit vel infirmum parumq; vitalem edere partum. Optimum saluberrimumque signum est, quando obstructions solvuntur, alvus aperta est, & purgatio justo tempore excernitur menstrualis.

CAPUT. II.

MEDENDI METHODUM EXHIBENS.

§. I.

Postquam Chlorosē, s̄ haftenus naturam, pro virili dedi perspectam, nunc eò animum intendere necessum erit, ut chronicus hic & diutinus affectus per generosiora optimaque remedia radicitus extirpetur, & quidem secundum subseqq. Indicationes.

(1.) Supra memorati humores visceri pravi & corrupti, qui omne id malum fovēt & prorogant, competentibus alterantibus, incidentibus, & corrigentibus, mitigandi & præparandi.

[2.] Per convenientes vias justo cum moderamine eva-

ne evacuandi, imprimis habitū etiam Mensium provocan-
dorum ratione.

[3.] Hærentes in corporis habitu vitiosorum humorum
reliquiæ discutiendæ.

[4.] Viscera debilitata, unā cum Utero, roboranda.

§. II.

Primæ intentioni, à præmissō alvum leniente primas-
que vias evacuante Clystere, vel eundem scopum feriente,
ore assumto Medicamento satisfaciunt (1.) Salia resol-
ventia & incidentia, imprimis $\ominus$ *Catholicum* quod *Arcan.*
duplicat. Myns. seu Panacea Holsatica vocatur. Para-
tur aut communiter è *tribus part.* $\oplus$ *puriss.* & *parte unā* $\oplus$ *l.*
opt. & c. Alij etiam faciunt ex cap. mort. ∇ fort. coqvunt c. ∇
simpl. in vasē ferreo ad solutionem $\ominus$ is, filtrant & lento
 Δ e evaporant; sic concrefcit in fundo $\ominus$ *crystallin.* quod
est *Arcan. duplicat.* ast hoc non itā tutō adhibetur, uti su-
perius; quoniam facilē vim acquirit emeticam.

Itemque $\ominus$ ia Vegetabilium fixa, v. g. $\ominus$ absinth. Cen-
taur. min. fumar. betonic. Cardbened. genist. & c. habent
enim vim. egregiam corrigendi acidum & simul viscidōs
incidendi humores. Hinc *Excell. Dn. D. Just. Vesti* floren-
tiss. hujus Academ. P. P. in Doctrinā de *Purgatione* p. 17.
§. XII. eadem commendat seqq. verbis *Rectē proinde in Ca-*
cocymicis & pituitosis procedunt Medici, si Purgantibus,
Alterantia, Incidentia, Resolventia & pituitam ad egressum
preparantia, præmittunt. & c. Igitur v. g.

$\oplus$ *Arcan. duplicat. Myns. scrup. j.*

$\ominus$ *fumar. Absint. a scrup. β.*

B 3

M. D.

M. Dentur vj. l. viij. dof. S.

Digerivende Pulverlein deß Tages über 3. davon zu nehmen,
Vel recipe Arcan. 2plic. scrup β.

Θ genist. Cent. min. absint. à grviij.

M. D. S. ut supra.

§. III.

2.) Noduli & Apozemata ex Vegetabilibus parata, quæ
penitus Massam Sangvineam alterando corrigunt. Sint
verò sangvinem purificantia & primas vias purgantia, v. g.
Summit. fumar. Absint. Herb. scolopendr. Cardened. Marrub.
Mercurial. Beton. Rad. Helen. f. Enul. camp. Cuscut. Cichor.
Tarax. fumar bulbos. r. s. Aperient, &, speciali Mensium sup-
pressionem respectu, rad. rub. tinct. itemque bryon. fl. cent.
min. genist. bellid. Cichor. & c. Cort. rad. Cappar. Tamarisc.
cum vel sine additis leniter Evacuantibus, ceu sunt fol.
Senn. Al. f. ft. Agar. leviss. Mechoac. Sem. Cartham. ponder. & c.

β. Summit. fumar. Absintb.

Herb. Scolop. Marrub. alb. à Mj.

Rad. Helen. Cichor.

Tarax. Cuscut.

Cort. rad. Cappar. à Unc. β.

fl. genist. bellid. borrag. à drachm. ij.

fol. Senn. Al. f. ft. drachm x.

Agar. leviss. Unc. β.

Sem. Cartham. pond. drachm. ij.

Cryst. ☿. vel ☿. ♂ lat. Unc. β.

Rad. Glycyrrh.

Passul. min. mund. à drachm. iij.

Incis. & contus. D. S.

Blutreinigend: abführender Kräu-
ter: Püschel in 3. Kannen Wein

zu hängen/davon Abends und
Morgens ein Wein Gläselein
vol laulich zu trincken.

Vel recipe Herb. Marrub. ulb.

Mercurial. à Mj.

Abrocan. Mj.

Cardened.

beton. à Mj.

Rad. s. Aperient. à drachm. ij.

Rub. tinct. Unc. β.

bryon. drachm. iij.

fl. sambuc. Cent. min. Cheyr.
à piij.

Sem. Amf. fenic. à drachm. ij.

☿ crud.

¶ crud. albiss. unc. β. vel drachm. vj. Mechoac. drachm. ij.
 ♂ ij diaph. drachm. β. l. scrup. ij. Sem. Cartham. drachm. ij.
 Ⓞ ♂ at Scrup. β.
 Incis. & contus. D. S. ut supra.

§. IV.

Adhibitâ autem dimidiâ Vini hujus Medicati parte, ex fonte Chirurgico auxilium petendum, mediante *Venæ sectione*, & quidem in cubito ubi sanguis abundat, ut ei novus concilietur motus ventilatorius: quamvis tutius ferè sit ab incisa Venâ infernâ, ut Saphænâ, vel propinqua alia, curationem auspicari. Sequenti post Venæsectionem die iterum, ut antea, utatur vino medicato ad illius usque consumptionem.

§. V.

Vel loco vini accipiantur seqq. pilulæ, ab Excell. Dn. D. Præside commendatæ, idvè genus aliæ.

¶ Extr. Aloës.	Agar. trochisc. grvj.
Agar. trochisc. à gr. xv.	Scamm. ♂ grj.
e xtr. Senn.	Ⓞ ♂ at. grxij.
fumar. helen.	♂ ij diaph. c. Sib. grvj.
Carduened. à gr. vj.	M. D. S. Abführend Pülverlein
♂ ij diaph. gr. xij.	auf einmahl.
Ⓞ ♂ grvj. Ol. Anis. Cinam.	Recipe md. Jalap. scrup. β.
à gt. j.	Diagryd. grj.
c. tinct. ♀. gutt. aliq. M. f. pil. XL.	Ⓞ ♂ at. grviij.
D. S. Alterirende lenitiv Pillen	Arcan. 2plicat. grvj.
9. bis 13. auf einmal zu nehmen.	M. D. S. Exir Pülverlein auf
jejunio Stomacho.	einmahl in warmen Bier zu
Vel Recipe Mechoac. scrup. β.	nehmen.
Vel in formâ Potionis, cui non arrident pulveres.	
Recipe Decoct. fol. Senn. Unc. ij.	♂ diaph. c. Sib. grviij.

Manne

Mann. Calabr.
Syrup. Viol. à drachm. ij.
Cryſt. ꝑ. ſirup. j.
M. D. S. Laxir. Träncklein auf
einmahl zu gebrauchen.

Recipe Pilul. Aloëphang. ſcrup. j.
D. S.
Abends Pillen eine Stunde nach
Wiſche zu nehmen.

Per hæc namque felicem obtinemus ſcopum, quoniam, vafa capillaria aperiunt & ſimul vitioſos è corpore eliminant humores atque per inferiora educunt.

§. VI.

Enormiter peccant ij, qui in principio ſtatim prorunt ad Emmenagoga ſeu Menſes pellentia: cum impoſſibile ſit, eum ſcopum feliciter ferire, niſi ſanguis crallus, viſcidusque purificetur, diſſolvatur & corrigatur. Proinde rectius per ſuperius recensita paulatim eò contendimus: tunc. ut amplius aperiantur vafa, ſubſeqq. idque genus aliis adhibitis v. g. *T. ꝑi. Eſſent & Tinct. ꝑlis Aperit. Spirit. Aperit. Penot. Crocus ꝑtis c. Sib.* itemque ſanguinem purificantia & c. *Eſſ. fumar. ſ. & com. Spir. Cochl. & c.*

(1.) *Recipe Eſſ. fumar. comp.*

nott. Unc. ſ. D. S.

Sptus. Cochl. à drachm. iſſ.

ut ſupri.

Eſſ. ꝑtis aperit. c. pom.

(3.) *Recipe Croc. ꝑtis c. Sib.*

borsd. par. drach. ij.

drachm. j. D. S.

M. D. S. Blutreinigende und
eröffende Miſtur ſo. biß 60. gtt.
deß Tages dreymahl.

Eröffend Pulver ins Bier zu
thun und deß Tages über davon
zu trincken.

(2.) *Recipe Spirit. Aperit. Pe-*

§. VII.

ꝑea hic & ꝑalia omnem abſolvunt. paginam, quæ effiaciter pituitam incidunt, acidumque ſubigunt, & juxta *Helmont.* chalybs eſt magnes ad acidum in corpore, errans,

errans, attrahendum; neque omittendum, quod quoties
 alia & chalybeata assumuntur medicamenta, post horum
 usum per bihorium corpus bene commove ridebet; ita qui-
 dem, ut primâ horâ levis sit commotio: alterâ verò fortior;
 tandem ante prandium per integram quiescat horam: alias
 relictis cruditatibus Atonia caussatur Ventriculi: insinuant
 enim se particulae sales in ejus plicas, quæ excitant ructus
 & gravitatem.

§. VIII.

Præparatis hoc modo humoribus crassis viscidisque
 ad purgantia fortiora, per quæ secunda obtinetur Indicatio,
 est progrediendum, ut massa sangvineâ à Cacochymia pleni-
 us liberetur & sanguis simul menstruus ad motum reducatur
 ordinarium. v. g.

(1.) Recipe pulv. Jalap scrup. j.

Scamm. ℥. griij.

⊖ Sabin. grij.

Crystall. ♂. Scrup. β.

M. D. S. Pulver = Pulver auf
 einmal.

(2.) Recipe pulv. rhabar. ver.

grxxv.

Liagryd. griij. l. vj.

Croc. ♂. iij. c. ♂. iij.

♂. ♂. lat. à Scrup. β.

M. D. S.

ut supra.

Vel in forma Pilulari, si ægra assumere nolit
 pulveres,

(3.) Recipe M. P. ♂. Quercet.

Scrup. β.

Extract. Helleb. nigr. grvj.

res. Jalap. griij.

Diagryd. grij. nitr. ♂. at. grj.

c. Elix. Propr. l. Ol. Sabin. f. l. a.

Pilul. XXV.

D. S. Eröffende Purgier = Pil:
 len auf einmahl.

§. IX.

Purgato aque corruptis & viscidis humoribus corpo-
 re, ut

C

re, ut *Indicationi tertia* juxta satis fiat, curatio ad *diaphoresin* est dirigenda; quia semper subtiliores & tenaces remanent particulae, quae nullâ alia re commodius exterminari possunt, quàm diaphoretici: propellunt namq; atque excludunt materiam morbificam, seu sanguineae massae impuritates, per corporis habitum, glandulas cutis atque ductus earum excretorios.

§. X.

Sudorifera itaque medicamina agunt hîc, effectumq;ne præstant desideratum, quatenus vel ob particulas volatiles & eas & Sinas: imò alcalinas fixas, motum sanguinis internum intendunt, massamque fluxiliorem reddunt: vel quatenus in coagulum abiens serum à concretionem liberant, acorem tanquam coagulationis principium absorbendo atque invertendo. Materiam eorum seqq. præbent, v. g. *C. C. f. Δ. parat. Ocul. S. & m. diaph. simpl. & Pat. Mixt. simpl. Sptus C. C. Θ**ci; qui omnibus lympham tenacem viscidam dissolvendo, palmam præripit. Volatilia insuper etiam Sptus confortant, eoque melius fermentationem promouent sanguinis.

(1.) *Recipe C. C. f. Δ ppr..*
Ocul. S. tuf. à drachm. ij.
& ij diaph. f. l. Sal. drach. j.
vel. Scrup. iij.
M. opt. divid. in 6. part.
equal. D. S.

Schweißtreibende Pülverlein in
 ▽ *Cardibened.* zu nehmen.

(2.) *R. ▽ Sambuc,*

Cardibened. à Unc. j.
C. C. philos. ppt. Scrup. j.
& diaph. grxij.
M. S. gtt. x.
Roob. Sambuc. drachm. j.
M. D. S.

Schweiß = Träncklein wohl ge-
 rüttelt auf einmahl.

(3.) *R. Liq. C. C. Succin.*

Tinct.

Tinct. Corall. c. P. C. C.

parat. à duobus. is.

M. D. S. Stärkende Schweiß

Tinctur 50. gett. in ▽ Sambuc.

(4.) R. Spiritus Oxi vin. l. arom.

Unc. β.

D. S.

Schweiß Tropffen 40. bis 50.
auf einmal.

Sudorifera autem repeti debent, quoniam unâ vice
nil efficiunt.

§. XI.

Essentiæ & Dcta Lignorum hic utilissimè cum aliis
sangvinem purificantibus exhibentur: illæ enim per sudo-
rem ex peripheriâ & Massâ sangvineâ eliminant feri visci-
ditatem, acridinem illius attemperant, Cachexiamque tol-
lunt. Cautione tamen opus est adhibendâ in Lignorum
curâ, quoniam strictissimam requirit Diætâ: ligna etiam
corpus exsiccant viresque debilitant. Nota insuper, si ca-
lor corporis & Massâ sangvineâ metuatur, vel jamjam adsit,
communiter lignum santalinum rubrum præ aliis recipiunt.
Sunt verò seqq. v. g. *Lign. Sassafr. Guajac. Santal. rubr.*
rad. lignæ. Sarsaparill. &c. ex quibus quisque sibi formulas
pro lubinâ & ægotantis naturâ parare potest. Ex his
etiam componitur Essent. Lignor. D. Michaël. quæ hæc est.
R. Raf. Lign. Sassafr. ℥. ij. Guajac. ℥. iiij. rad. Sarsapar. chly-
ne à ℥. j. irrort. Spir. Vin. ꝑlat. add. herb. fumar. fl. Sam-
buc. q. s. infunde c. Spir. Vin. rectif. adde lign. santal. rubr.
parum, digere & exprim. &c.

§. XII.

Hiscæ succedunt *Emmenagoga & Uterina*, quæ (1.) mo-
tum sang. artis internum augent & delinquentes particulas
volatiles resiniunt, ut volatilia tum Oleosa &c. v. g.

C 2

Sabi.

Sabina, Crocus, Myrrha, Aloës &c. tum Salina ut Borrax Venet. sal. Armoniac. & ex eò parata.

His omnibus, quin & subsequ. scopis haud parum convenit, ex parte etiam satisfacit, prænominati *Magnif. Dn. D. Præsid. Tinct.* 8 à gutt. vij. ix. ad xx. ac ultra in conveniente vehiculo exhibita.

(2.) Quæ heterogeneas particulas respiciunt, motum illum sanguinis internum sistentes volatilesq; partes suppressantes (ut acidas seu austeras) tollunt, absorbent & educunt: v. g. fixa absorbentia: *Concha, Corallia* & imprimis sæpius nominata *Alia*. (3.) alia respiciunt vias ac vasa, per quæ singulis Mensibus sanguis aliàs ex latentibus Uteri rivulis proflire debet, qualia sunt tum interna *aperientia, incidencia, attenuantia*: v. c. *Infusa & decocta* aperientia; tum externa emollientia, referantia, abstergentia, v. g. *Clysteres Uterini, Pess.* quos tamen nemo Medicorum in Virginibus, nisi summum adsit periculum, svadebit, *Infessus, Balnea, Suffitus &c.*

(1.) *℞. Essent. Spiritus aper. Tinct. Myrrh. c. ʒ. ʒci par. ʒ drach. ij.*

Ess. Croc. Scrup. ij.

M. D. S. Eröffende Mistur 46. biß 50. git. in Pulleg. zu nehmen des Tages. zweymahl.

(2.) *℞. Croc. Spiritus salib. scrup. j. Borrax. Venet.*

sal. Cichor. ʒ Scrup. ʒ.

M. dentur viij. Dos. S.

Besonderne Pülverl. alle Tage 1. vor der Mahlzeit zu nehmen / und sich darauf zu bewegen.

Θ volatile oleosum ex Θ*co paratum maximam vim obtinet aperitivam, tum per se, tum cum alijs v. g. Spir. seu Tinct. Salis ʒi exhibitum.

Re-

Recepe sal. volat. Oleos.

serlein 40. gurt. in ∇ fl. cheyr.
zu nehmen.

Tinct. salu. ♀ . à drachm. iij.

M.D. S. Besender öffend Wäſſ

Hoc uno medicamento, meo ex consilio, superiori aⁿo mulier, cū ē laborib⁹ & æstu ruri peractis magna affligeretur siti, & (instantibus jam mensibus) ex haustu aquæ frigida, Mensium suppressionem, cum varijs symptomatis, per mensem integrum passa esset, dosi XL. guttarum tertia vice assumta, convaluit: ita quidem uti initio excerneretur grumus aliquis sanguinis nigricans, & deinde fluxus ordinarius subsequeretur.

Vel ♀ . Herb. Artem. rubr. Marrub.

Colat. ♀ . ℞ . iß. adde

Rorism. Puleg. à Mj.

Syrup. de Artem. Meliss. à

fol. Sabin. Miß. l. iij.

drachm. iij.

fl. cheyr. Mij.

Rad. ♂ . Aperient. à drach. iij.

D.S. Eröffender Mutter. Trancē

rub. Tinct. drachm. iß.

des Tages über Unc. iij. zu neh-

Incis. & contus. coq. in $\text{f. q. } \nabla$

men: in quas gtt. vj. l. x. Sptus

simpl.

* ei vin. instillari possunt.

Remanentiæ ferventur & pudendo regionique pubis calide imponantur.

§. XIV.

In exhibendis tn. Emmenagogis cavendum ne intempestivè ea adhibeamus: sed eò tempore quò aliàs fluere solent. Utut autem in Novi-Lunio purgari dicantur juvenes; in Pleni-Lunio vetulæ, juxta illud.

Luna vetus vetulas, juvenes nova Luna repurgat:

id tamen $\alpha\alpha\delta\epsilon\lambda\alpha$ non est verum, sed variat terminus pro Individuorū disparitate. Trib⁹ igitur vel quatuor ante tempus consuetum diebus Emmenagoga sunt propinanda; secus enim plus nocemus & naturam turbamus.

§. XV.

§. XV. Agmen ducunt Balnea & Infessus, qui neutiquam sunt praterendi: tales enim sapius plus efficiunt, quàm interna medicamenta; partim ut aperiantur vasa, partim etiam ut incalcescat sanguis. Pituitam ibidem hærentem insuper dissolvunt, vias laxant, vasa uti jam dictum, aperiunt, ut sic eò melius menstrua erumpere atque tempore legitimo subsequi queant.

Herb. Meliss. Matric.
Mercurial. à Mij.
Abror. Art. rubr.
Puleg. à Mij.
fol. Sabin.
fl. cheyr. à Mij.

rad. 5. aperient. à drachm. iij.
bacc. Laur. Unc. ʒ.
Sem. Cartham. Unc. ʒ.
Lucif. & contus. D. S.
Ristlich Mutter Species zum
Bade.

Bernhardus Verzach. in River. Contract. Lib. XV. Cap. 1. de Chlorosi, sequens commendat Balneum, quod tantæ sit efficaciac, ut quibusdam menstrua in tertio aut quarto balneo profluxerint, quæ per longum suppressa fuerint temporis spatium.

Rad. lil. alb. alth. bryon à Herb. Malv. Viol. Puleg. Matric. Meliss. à Mij.
drachm. iij.

Sem. Lini. fenigr. à drachm. ʒ.

Incisa dentur ad usum balnei per 14 dies usurpandi, quod ægrotæ manè & vesperique ingrediat. Species autem pro decocto singulis ternis diebus reiterari debent.

§. XVI.

Suffitus aromatum quoque profunt? secundum Hippocr. Aphor. 28. Sect. V. Suffitus aromatum muliebria educit.

§. XVII.

Progredimur ergo, quoniam morbis ex causis debili-
XX2

litatum corpus & viscera ritè functiones per agere nequeunt suas, ad roborantia; & sic *ultima* obtinetur *Indicatio*: idque, per omnis generis aromata, species atque Trageas aromaticas v. g. Species *diarhod.* *Abbat.* *Diaxyl oal.* *Diacin.* *Spir.* & *∇ as Stomachal.* *Elixiriaq.* *aromatica.* &c.

Illà enim medica mina seu potius Stomachica calorem 1.) Ventriculi deficientem restaurant ac augment, simulque Spiritibus animalibus robur quoddam conciliant, fermentumque vitale volatilius reddunt. 2.) consistentiam viscidiorē unā cum alijs humoribus p. n. ibidem hospitantibus viscosis & corruptis, attenuant & promouent. 3.) Denique membranarum ventriculi laxitates & fibrarum elongationem nimiam ad naturalem reducunt statum. v. g. *∇ vitæ* Matthiol. *Elix.* *Clarom.* *Mynf.* &c.

CAPUT III.

DIÆTAM PRÆSCRIBENS.

§. I. **Q**uemadmodum morbo curando conueniens Diætā se habeat ex ijs, quæ Cap. I. de causis externis, ac nominatim de sex rebus non naturalibus immoderatè ingruentibus sive admissis, prædicta sunt, ultrò patet, quandoquidem causas sive enormitates illas remouere & sustollere, est iustum & salutare Diætæ regimen observare,

§. II. Quod si tamen paucula quædam hîc superaddere libet, *Aër* 1.) sit temperatus, purus, h. e. nullius qualitatis excessu nulloque noxio inquinamento, neque fumo nimio vè Vento, affectus.

§. III. 2.) *Cibi* sint *ἐπιπτοι* & *ὑγινοί*: abstinendum è contrariò à fructibus horariis, oleribus, lacte & lacticinijs : à piscibus alijsque facilè putrescentibus cæterisque supra damna-

mnatis. Potus sit Cerevilia benè defœcata, Vinum generosum, Rhenanum, Hungaricum, Malvaticum, ns. præsens febricula obftet &c. fugienda multi & Væ frigida ingurgatio: item acetum, Vinum austerum.

§. IV. 3.) *Somnus*, cum *vigiliis*, pari ratione sit moderatus, quia juxta *Hippocrat. Aphor. 3. sect. II.* Somnus vigilia utraque modum excedentia, malum. Adde rationes à *Clariss. D. Mæbio* in Epitom, Institut, allatas, 1.) quia per se naturales detinet evacuationes. 2.) Crudos & pituitosos humores cumulat, 3.) calorem corporis hebetiorem reddit, 4.) Spiritus animales ob pituitæ cumulationem torpidos reddit. 5.) Omnes actiones languidiore efficit Catarrhorum humorumque frigidorum ferax est,

§. V. 4.) Quotidiè corpus temperatè commoveant ægro-
tantes; ante præsertim cibum assumptum: quietem verò
diuturniorem, vitamque sedentariam caveant, juxta *Ovidij*
Consilium:

*Cernis ut ignavum corrumpant otia corpus,
Ut vitium capiant, nē moveantur aque.*

§. VI. 5.) Quoad *Excreta* & *Retentia*, alyus semper aperta teneatur; de Mensibus promovendis jam supra dictum, Huc etiam Venerem moderatam refer, quoniam totum alterat corpus, confertque morbis à pituita ortis *Hipp. Epidem. VI. Sect. V.* Imprimis autem præsentis affectus Matrimonium optimum censetur esse remedium: antequam v. hoc incatur lascivæ evitentur conversationes & collocaiones, cum id genus alijs irritamentis,

§. VII. 6.) *Animi pathemata* sunt cogreenda, omnisque ira placida deponenda mente. Nimirum, juxta *Horatij versum*:

Sit modus in rebus, sint certi deniq; fines,

Quos ultra citraq; nequit consistere rectum.

DEO TRINUNO, TER M XIMO sit Laus Honor & Gloria,

F I N I S.

✓
00 A 6436

ULB Halle
004 931 300

3



KD 18





B. V.
GURALIS MEDICA

ROSI,

TATE GRATOISSIMÆ
S MEDICÆ
ANTIQUA HIERANA
I D E
CL.

CARDO
NERO,

Primario, Academia
Ordinario, & p. r.
ECANO,

RE suo statem de venerando,
CENTIA

CTORALIA MEDICA
INENDI,
(quisitioni submittit

Altermann /

M. Min.

M. DC. LXXVIII. AU
co horis confectis

H. HENRICI GROSCHL.